

348.1
P.

PARIS. — IMPRIMERIE ÉMILE MAUHAUSSAT
32, BOULEVARD DE VAUGIRARD, 32

JUS
CANONICUM
UNIVERSUM

COMPLECTENS

TRACTATUM DE REGULIS JURIS

AUCTORE R. P. F. ANACLETO REIFFENSTUEL

ORDINIS MINORUM REFORMATORUM

JUXTA NOVISSIMAM ROMANAM EDITIONEM, INNUMERIS EXPURGATIS MENDIS, RECUSUM;
Cui nunc primum accedunt variæ Adnotationes pro quarundam quæstionum uberiori enodatione,
attenta rerum conditione præsentis digestæ, necnon INDEX GENERALIS copiosissimus

STUDIO ET OPERA

R. D. VICTORIS PELLETIER

Cathedralis Ecclesiæ Aurelianensis canonici capitularis, olim vicarii generalis.

VOLUMEM TERTIUM

DECIM POSTERIORES LIBRI II DECRETALIVM TITULOS. ET QVINQUE PRIORUS LIBRI III CONTINENS




PARISIIS

APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM

13, VIA VULGO DICTA DELAMBRE, 13

MDCCLXXXIX



85458

BX 1935

R 45

V. 3



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

82128

DOCUMENTA

TERTIO TOMO EDITIONIS ROMANÆ PRÆFIXA

PRÆFATIO AUCTORIS AD LECTOREM

Ecce, benevole lector, juvante Deo, in lucem publicam prodit tertius Juris canonici tomus, in quo eundem modum, ordinem, stylum, claritatem, brevitate, ac doctrinæ securitatem, quem in primis duobus, quantum licuit, observare studui: omnia tamen, et singula dicta hujus tertii tomi sancto Ecclesiæ judicio, censuræ, et correctioni humillime subjiciens.

007584

FACULTAS ET CENSURA ORDINARIÆ. — Cum juris canonici tomus tertius Rev. P. Anacleti Reiffenstuel, Ordinis Minorum S. Francisci reformatorem theologi jubilati etc. a theologis perlectus, nihil Fidei orthodoxæ aut bonis moribus contrarium contineat, sed imo ob claram methodum, sententiarum gravitatem, et rationum subtilitatem, jus dicentibus, et in utroque foro versantibus, apprime utilis futurus sit: ideo, ut publicam lucem videre possit, licentiam, et facultatem concedimus, ac impertimur. In quorum etc. — Frisingæ, die 12 septemb. 1706. — FRANCISCUS ANTONIUS BEGNUDELLIUS BASSUS, SS. Theolog. Doctor, canon. capitul. S. Scholasticæ, vicarius generalis et officialis.

LICENTIA ET APPROBATIO ORDINIS. — Fr. Matthæus a sancto Stephano, SS. Theologiæ lector jubilatus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci minister generalis, et servus: Dilecto nobis in Christo R. P. F. Anacleto Reiffenstuel, lectori jubilato et concionatori nostræ reformatæ provinciæ Bavaricæ, salutem, et omne bonum.

Cum juxta apostolicas, nostrique Ordinis constitutiones, per idoneos censores revisum fuerit opus quoddam a te compositum, cujus titulus est: *Jus canonicum juxta Titulos quinque Librorum Decretalium in Quæstiones distributum*, etc., tenore præsentium, ad salutaris obedientiæ meritum, facultatem tibi impertimur, quatenus servatis servandis illud typis mandare valeas. — Datum Romæ, die 10 aprilis 1700. Fr. MATTHÆUS a S. Stephano, minister generalis. — De mandato S. P. Reverendissimæ, Fr. PETRUS ab Urbino, secretarius generalis.

FACULTAS ADMODUM REVERENDI PATRIS MINISTRI PROVINCIALIS. — Cum a Reverendo Patre Anacleto Reiffenstuel, Ord. Min. S. Francisci reformatorem provinciæ Bavaricæ ex-custode, lectore jubilato, opus quoddam, cui titulus: *Jus canonicum, juxta Titulos quinque Librorum Decretalium in Quæstiones distributum*, sit compositum; illudque a duobus Theologis jamjam sit revisum et approbatum, plurimumque commendatum, et omnia, quæ de jure in editione librorum sunt servanda, sint observata: tenore præsentium facultatem impertior ut laudatissimi hujus operis tomus tertius pro utilitate publica typis mandari possit. — Actum Monachii, 1 septemb. 1706. — Fr. DAVID WINTHER, ord. Min. S. Francisci refor. lector jub., minister provincialis.

CENSURA THEOLOGICA PRIMA. — Cum tertius Juris canonici tomus R. P. Anacleti Reiffenstuel, Ord. Min. S. Francisci reform. lectoris jubilati a primo et secundo in nullo degeneret, sed eandem censuram idemque encomium mereatur, hinc censuram pro primo et secundo tomo a me datam, pro hoc repetitam volo, eumque prælo dignissimum censeo. — Monachii, 1705. — Fr. FORTUNATUS HUEBER, totius ordinis S. Francisci et provinciæ Bavaricæ pater.

CENSURA THEOLOGICA SECUNDA. — Juris canonici tomum primum et secundum Rev. P. Anacleti Reiffenstuel, Ord. S. Francisci reform. lectoris jubilati, sequitur hic tertius tomus; qui, quia continet in se materias nobilissimas statum præcipue clericorum tum sæcularium, tum regularium concernentes, de eorum beneficiis, ecclesiis, contractibus, peculio, testamentis, ac decimis etc. et quantum ad stylum, methodum, doctrinæ perspicuitatem soliditatemque, a prioribus in nullo degenerat, sed illis simillimus extat; atque insuper orthodoxæ fidei, bonis moribus, sacris canonicis, œcumenicis conciliis, summorum Pontificum constitutionibus, ac sacrarum Congregationum decretis et declarationibus per omnia consonat, nec conscientias vel sententias laxat, aut laxitates fovet: ideo dignissimum censui ut, ad communem omnium, singulariter in foro ecclesiastico versantium, juriq. sacro operam navantium commoditatem, in lucem prodeat, jurisque publici fiat. — Datum Landshuti, die 27 jul. anno 1706. — Fr. FLORIDUS MOSMILLER, O. M. S. Francisci Ref. lect. jub. et Provinciæ custos actualis.

DIE 7 NOVEMBRIS 1831. — REIMPRIMATUR. — Fr. DOMINICUS BUTTAONI, Ord. Præd. Mag. S. Pal. Soc. — REIMPRIMATUR. — JOSEPHUS DELLA PORTA Patriar. Constantinop. Vicesg.

ERRATUM

Pag. 275, col. 2, n. 69 adde: ADNOTATIO Xli.